


a ru-í- na, alle- - lú- ia. Cant. Ma-



gní-<sup>ti</sup>ficat. e u ó u a e.

✠ Si Festum Coronæ spinæ Domini impeditum fuerit, nec transferri queat in Feriam vacantem Tempore Paschali, die iv. Maii celebrabitur, et Festum S. Monicæ suo ordine transferetur.

DIE XXV. APRILIS.

S. MARCI EVANGELISTÆ.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beátum Marcum, Evangelístam tuum, evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti : tribue, quæsumus, ejus nos semper et eruditiónè proficere ⁊ et oratióne deféndi : Per.

DIE XXVI. APRILIS.

BB. DOMINICI ET GREGORII CONFESSORUM  
ORD. PRÆD.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Omnia ut ad j. Vesperas unius Confessoris Tempore Paschali, præter hic notanda.

Super Psalmos Antiphona Isti sunt, qui contempserunt., pag. 448.

Capitulum.

Hebr. II.

**S**ANCTI per fidem vicérunt regna ⁊ operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiones : in Christo Jesu Dómino nostro.